

non minus est causa, quām calor extraneus. Hinc illud quoque est, quod albescant, & sint spumosa aliquantulum. Atque eadem nunc est causa lapidis: nam calculi aut condensantur à calore, aut quia materia crassa congeritur. Quid nunc igitur faciendum? Tria potissimum: euacuandum est corpus primum, deinde membra sunt alteranda: tertio præcipienda sunt illi visitata exercitia. Membra autem alterari non possunt, nisi corpus prius purgatum sit: itaque ventriculum corroborabo inunctione oleoru, mastichino, nardino, quibus addam etiam rosatum, propter corporis temperaturam. Cessante ventriculi dolore, obstructions ut tollam, summa ope nitar: id autem fiet syrupo de cichorea & betonica, quia materiae frigidæ: atque hac de causa acetosis supercedebo. Deinde curabo purgari vberius corpus, aut hiera, aut elephantinis, quibus addam aut aureas, aut coquias, prout materia fuerit pituitosa. Post hæc alterationi ipsius ventriculi intendam, & dabo:

R. Diachalamenti 3.ij.

Aromatici rosati 3.j.

Quod reliquum est, repeatat sua exercitia, aut vtatur diæta attenuante: id est, calida & sicca, & vescatur aubus paruis, & sœpe hauriat oxymel.

#### CONSILIVM CCVIII.

##### Doctrina methodica de fluxionibus ventris.

**S**UPPONIMVS fluxionem ventris, vt alias ostendimus, esse actionem lœsionis facultatis expulsuæ ipsorum intestinorum. Veligitur huiusmodi lœsio primogenio affectu inheret intestinis, vel aliunde communicabitur: si aliunde communicabitur, vel ad ipsa non transmittitur quod transmitti debet, vel defertur quod deferri non debet. Primo, dicamus non transmitti, quod est transmittendum: quoniam facultas motuæ à cerebro descendens, aliqua occasione intercipitur: ita vt omnes musculi in recto intestino existentes resoluantur, & iam præter voluntatem continuè excrementa egerantur. Sicut contingit in epilepsis, apoplexis, & in aliqua interdum paralyse. Hoc fluxionis genus sub symptomatis sensu contentum, nomine caret, tanquam quod semper à sua causa depédeat, & eius curatione tollatur. Secundo, aut defertur quod deferri non debet: vel à causa extrinseca, vt à cibis, vel quantitate, vel qualitate, vel ordine, vel tempore sumendi excedentibus, vel ratione medicinæ nimium effrenis, violenter attrahentis humores, & mordicantis. Tertio, vel ratione venenæ assumpti colliquantis & putrefacientis. Quolibet horum ex propriis accidentibus & ex historia relata per ægros, vel assidentes cognoscitur: vel fuit à causa intrinseca, & tunc motus humus causæ vel erit naturalis, vel præter naturam. Si naturalis, critica hæc fluxio appellabitur, consequiturque ægritudinem, nullo plerunque remedio indigens. Si præter naturam, id quod defertur, vel erit sanguis, & hic vel ab hepate transmittetur ad intestina, ob alterantis potentiae imbecillitatem: & si hæc imbecillitas fuerit ob caliditatem, sanguis effluens niger & crassus videbitur:

A si fuerit frigida, erit sanguis tenuis, ablutioni carnis recenter macratae similis: appellabiturque hic fluxus Hepaticus. vel defertur ab omnibus, venis ob mutilatione alicuius membra, vel retentio nem haemorrhoid. vel menstruorum, aut fluxus sanguinis narium, eritq; defluens ruber & naturalis. Est autem utraque harum fluxionū sine dolore, atque ubiuis à Galeno cruenta Dysenteria appellatur. At si quod defluit, bilis fuerit, cum aliis quamplurimis humoribus, in extraneas qualitates à putredine mutatis, appellari solet hic fluxus nomine generis Diarrhoea: cuius notæ sunt egestio biliofa, cum prædicta humorum diversitate, dolor nunquam in eodem loco persistens, sed omnia intestina, modo hinc modo illic veluti lacerans & diuellens, multitudo excrementorum confertior, totiusque corporis repentina extenuatio. Vel erit, quod defertur pituita, quæ vel à stomacho aut cerebro descendit: & hæc vel falsa, vel acida, vel insipida. Quæ à cerebro descendit,

C dignoscitur per signa distillationis aut catarrhi, appellaturque hic fluxus à recentioribus Cerebralis. Qui verò à stomacho fit, discernetur per inappetentiam, per nauseam, per paucitatem fætus, diceaturque hic fluxus Stomachalis. Si pituita erit acida, dolor erit moderatus, iuuabiturq; ventre à calidis. Si insipida, nullus omnino dolor infestabit. Si falsa, dolor erit vehementissimus, & sibi semper dysenteria fit. Si quod defertur nigrum fuerit, vel succus melancholicus purus non allatus, qui ob imbecillitatem splenis deicxit: appellaturq; hic fluxus Splenicus, vel vt ipsi loquitur, spleneticus: vel erit atra bilis generata, propter succi melancholici, vel flauæ bilis adutio nem. Atque inde eodem die plerique fit lethalis dysenteria, cancrique intestinalium. At si fluxus ventris sit primogenio affectu, vel erit ob malam intestinalium complexionem: & fluxus iste à recentioribus Stercorarius, vel stercorosus dicitur. Ne-

E que enim intestina ob imbecillitatem continent excrementa, sed creberrime egeruntur. Notæ huius fluxus sunt liquida, & non adeò fœtida egestio, sub forma tamē steroris, pituitæ commissa: modicus ventris dolor, exiccatio ad egestionem interdiu frequentior quām noctu, ac præcipue sumpto cibo. Quod si talis mala complexio non intestina tantum, sed etiam vetriculum occupat, fluxio illa Lienteria, & aliquando Cœliaca appellatur, quæ maximè indicatur, quando cibus sumuntur statim egeritur, nihil aut paru mutatus. Vel

F ptus statim egeritur, nihil aut paru mutatus. Vel vitium erit in cōpositione, & tum generatur fluxus quem Chylosum appellant, quando sunt obstructæ venæ mesenterij, quod indicat chylus, cū feces liquida egestus nullius aut pauci admodum fecoris particeps. Velerit ob cicatricem à dysenteria in stomacho, aut intestinalis relicta, euenitq; inde altera species lienterie, de qua loquitur Paulus. Velerit solutio continui, id est, ulcera intestinalis, & hoc vel in superioribus, appellatur

G que hic fluxus cōmuti nomine Dysenteria: quæ acerrimus dolor intestinalum continuusq; subsequitur, egestiones cruentæ & squamoſæ: vel in intestinali ultimo, quod rectum dicitur, & est

Fluxus chylosus